

In nomine domini. Amen. Ego Adelheydis filia quondam Theoderici dicti Rabil auctoritate et consensu tutoris proximi^a minoris^a successoris et patris mei Ekehardi^a) episcopi Mersburgensis dono inter vivos omnem proprietatem meam conventui sanctimonialium in Lyzpk^b), que^c) |^a subscriptis nominibus declaratur, Wedendorp tota villa, Dokelwiz quatuordecim mansi | et medius, Zcurlop decem et octo mansi cum pertinentiis^a 5 eorumdem, ex^d) tali donatione non intendens aliquod matri mee prejudicium generari, quin ipsa diebus suis in talibus prout pie memorie dictus pater meus ipsi assignavit habeat usufructum. Qua defuncta dicta proprietas cum omni jure utilitate ac proventu ad prenotatum collegium sanctimonialium devolvatur quo ad me debuisset devolvi, quoniam omne jus quod in predictis bonis michi competebat prefato conventui contradidi ut 10 predixi. Sane nos Ekehardus Mersburgensis episcopus omnibus premissis consentientes et auctoritatem prestantes super isdem^e) presentem paginam conscriptam ut validius roboretur appensione nostri sigilli fecimus insigniri. Nos quoque Rudolphus^f) Mersburgensis ecclesie prepositus, Berewardus abbas sancti Petri in testimonium predictorum vocati et rogati presenti pagine sigilla nostra appendimus in munimen. Acta sunt hec Mers- 15 burg^g) in camnata^h) episcopalis curie anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo octavo, indictione XI, v^{to} nonas julii, in presentia |ⁱ) dominorum ad ea testium vocatorum nec non aliorum quorum nomina sunt subscripta, Norpertus cantor, Ernestus scolasticus, Bruno thesaurarius, Hillebrandus archidiaconus, Rudolfus^f) cellerarius, Conradus, Theodericus presbiter canonici Mersburgenses, Albertus, Arnoldus fratres ordinis predicatorum, 20 Burcardus de Glinde miles.

(S.)

(S.)

(S.)

6.

Markgraf Heinrich eignet dem Kloster die Mühle in Lusitz.

Weissenfels, 1241 Jan. 16.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84. Das zerbrochene Reitersiegel an Fäden von rother u. gelber Seide. 25
Anm.: Die Angabe, Lusitz (Lausitz, vergl. No. 23, Note e) habe in der Parthenau gelegen, ist schon von Herzog im
Archiv für Sächs. Gesch. N. F. 5, 325 berichtigt. Aus No. 6 und No. 23 ergibt sich, daß es da lag, wo der vom
Kloster angelegte Mühlgraben sich von der Pleiße abzweigte, deren weiterer Lauf (durch die Petersweide und an
der Westseite des Schimmelschen Gutes und des botanischen Gartens entlang) später „die alte Pleiße“ hieß. Vergl.
Ohngefähr. Verzeichniß derer Wasserflüsse — zu Leipzig (Concept Sec. XVII. Rathsarchiv Leipzig Tü. I. 22 e, 30
Vol. 5 fol. 99^b): Lusitz, welches ein dorff wo iczo D. Wirths forwergk (Brandvorwerk), dem jungfrawcloster
s. Georgen zuständig, hernach zur schäfferey gemacht.

Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis ad quorum notitiam presens scriptum pervenerit salutem imperpetuum. Ne statuta devotorum | temporum oblivionis rubigine denigrentur, scriptis sunt accuratissime committenda et ad 35 exemplum devotionis posteris nationibus relinquenda. Inde est | quod omnibus Christi fidelibus tam presentis quam futuri temporis ad notitiam volumus pervenire, quod nos ad honorem dei sanctorumque pro nostra nostrorumque salute | cenobium sancti-

5. a) Ekehardi B. b) Lizpk B. c) nach que Rasur A. d) et A. e) eisdem B. f) Rodolphus B.
 g) Mersburc B. h) caminata B. i) di auf Rasur B.